ſummae taxandae conſecutio=
=nem, et in omnibus prout eidem
Amplissimo Patri Conservatori
convenire visum fuisset, et ut ex
iisdemmet Literis diei 19. Augusti
proeteritoluti anni 1716. sub teno=
=ribus A., et B. = Dum haec ageren=
=tur nec moram pati posset urgens
necessitas tam visitationis ad aver=
=tenda Torrentium damna praeor=
=dinatae, quam Fontium expurga=
=tionis ad curandam deficientem
sitientis alvei perennitatem; —
duo pro his inevitabilibus im=
=pensis faciendis recepta provi=
=sionaliter fuere a subventoribus
sub fide novae impositionis dictae
Taleae, Capitalia, unum nempe
librarum sexcentum a Stephano
Mariano, et alterum librarum
septemcentum a Capitaneo Caro=
=lo Ruscono de Clericis, ambo sub
annuo interesse librarum quin=
=que pro centenario. = Proficua
evasit visitatio ex informationi=
=bus in situ sumptis, ex delineatio=
=ne per Ingenierium diligenter ac=
=ta, et ex sermone cum Helvetico —
Mendrisii Gubernatore ac Praeto=
=re per Nobilem quondam Comi=
=tem Don Franciscum Corium qua
Syndicum ut supra deputatum ha=
=bito quo ad Torrentem Gaggiolum,
melioriqué tunc in eadem expedi=
=tione successu cum administrato=
=ribus Communitatis, ac Possessori=
=bus Bonorum Loci Tradati relate
ad alium Torrentem Rabaci. = Uti=
=lior tamen Flumini extitit Fonti=
=um expurgatio, quae si in omnibus

laticibus impleta fuisset amplio=
=ri Impensa maximum fluvio aqua=
=rum incrementum attullisset. =
Anterea relatis in Senatu M. V.
per dictum Amplissimum Conserva=
=torem Marchionem Castillionaeum
peractis ab eo diligentiis, ac iis, quae
ex memorata visitatione emerse=
=runt, allatoque Periti voto, pro
laudato zelo idem Excelsus Ordo,
audito Fisco, disertam Gubernio pro=
=posuit in puncto dicti Torrentis
Gaggiolo consultationem conten=
=tam, unacum voto ejusdem Regii
Fisci sub Littera C. = Promoto ad
gradum Praesidis praefato Mag.co
Marchione Castillionaeo, subroga=
=tus Amplissimus Comes Don Joan=
=nes Baptista Troanus habita dili=
=genti de statu Fluminis informat.ne
a Cancellario Provinciali ex vo=
=to Nobb. Syndicorum peracta,
intellectisque Moderatorum pro=
=videntiis, hujusque Praeexcelsi Con=
=sistorii M. V. sanctionibus iden=
=tidem emanatis, instantibus effi=
=cacius apud ipsum Magnificum
Comitem Conservatorem in convo=
=catione diei 20. Januarii anni 1733.
Nobb. Syndicis pro generali Flumi=
=nis visitatione, visisque precibus
inclusis in Regiis ducalibus Lit=
=teris ei directis, ac per eosdem
Nobb. Syndicos praesentatis, ac uni=
=tis eorum Comparitioni diei 8.
Augusti ejusdem anni 1733. sub
Littera D. paratus erat demandatam
a M. V. pro tollendis radicitus inole=
=tis abusibus facere dicti totius
Fluminis visitationem, praevia

generalis Proclamatis evulga=
=tione. = Quae tamen praelimina=
=riter pro assueta solertia, et Com=
=mendabili zelo apte disponuerat
idem Amplissimus Conservator
brevi temporis intervallo, ob illi=
=us promotionem ad gradum Prae=
=sidis Cameralis implere non va=
=luit, eique suffecto in Conserva=
=torem Magnifico Marchione Se=
=natore don Hyeronimo Erba, ite=
=rum supplices fuere Syndici ad M.
V. quae dignata fuit aliis suis Re=
=gio=Ducalibus Literis diei 16. Ju=
=nii 1734. ipsi Magnifico Patri
Successori injungere, ut etiam per
accessum in rem praesentem provi=
=deret, prout sibi convenire visum
fuisset, ut ex eisdem Regio=Ducalibus
Literis cum precibus annexis —

venientibus sub litera E. = Sta=
=que operam visitationi ut supra
injunctae daturus, recognitis ante=
=cedentibus generale Proclama ex
Ordine Senatus M. V. promulga=
=re fecit, monitis utentibus de suc=
=cessivo ejus accessu in rem praesen=
=tem ad effectum removendi novi=
=tates et abusus, ut ex eodem gene=
=rali Proclamate signat. F. pro cu=
=jus extensione, Typis impressione,
publicatione in hac Mediolani Ci=
=vitate, et in omnibus Oppidis, Pa=
=gis, et Terris Flumini adjacentibus,
Relationibus, et earum dimissione
in actis Officii tam Statutorum quam
Olonae, necessariae fieri debuerunt
expensae. = Proposita in Congressu
Syndicorum coram praefato Ma=
=gnifico Conservatore Marchione

Erba habito, Relatione Judicis-
Commissarii diei 4. Junii 1738. nun=
=ciantis recentissimas novitates-
ab Helveticis Subditis factas in-
modum ut omnes successivae ex=
=tendationes memorati Torrentis-
Gaggiolo, ... natura directae
viderentur ad Flumen Olonae, con=
=clusum in eo fuit de curando Subven=
=tore expensarum pro immediato-
accessu Officialium Fluminis in-
rem praesentem, suppeditatae ideo
extitere a Joseph Caimo, sub fide-
imponendae Taleae per eum exigen=
=dae, librae tercentum Imperiales, con=
=vento interesse librarum quinque-
pro centenario, quae per Regium tunc
Judicem Commissarium conversae
fuere in Causam urgentium expen=
=sarum ipsius visitationis. = Ea

peracta in Successiva Syndico=
=rum convocatione diei 7. julii
ejusdem anni 1738. laudatis, et ap=
=probatis gestis per dictos Judicem
Commissarium, Cancellarium, et
Ingenierium Provinciales resul=
=tantibus ex respectivis eorum
Consultatione, Relationibus, In=
=formationibus in Loco Loci sumptis, et Typo commissa fuit Cancella=
=rio Provinciali Provincia servan=
=di Litterarum Commercii, exten=
=dendi Capitula cum dicto Joseph
Cajmo Exactore simul, et Cassario
stipulanda, consignandi notulam
identidem ab eo assequendam quan=
=titatis pecuniae de tempore in-
tempus exactae in Capsa existentis,
ac extendendi preces M. V. porri=
=gendas pro opportuna imponendae

Taleae dispensatione; superindè obtenta mediis Litteris diei 4. Septembris praefato Magnifico Marchioni Conservatori directis signat. L., quarum ope emanavit Edictum diei 19. Februarii successivi anni 1739. sub Litterâ H., celebrato ob id Instrumento ratificationis dictorum Capitulorum, cum insertione Congressuum, Capitulorum, ac Litterarum patentium M. V. per Cancellarium Provincialem recepto die 15. Maii ejusdem anni 1739. Publicato prout supra, dictum est, recitato Edicto pro impositae Taleae solutione supplicem Libellum eidem Magnifico Marchioni Conservatori dederunt utentes Ponticedani superiores, super quo excitatus decreto diei primae Julii d.ti

X anni Cancellarius Provincialis, suam die 4. ejusdem Mensis exa

X =ravit informationem, ad cujus normam alio Decreto diei 28. ipsius Mensis injunctum fuit Regio Judici Commissario, ut dictorum utentium supplicantium expensis se conferret in rem praesentem, ac de per eum successivè gestis juxtà eamdem Cancellarii informationem suam faceret relationem. = Detrectantibus iisdem utentibus praedicti decreti Conservatorii executionem indictus fuit per dictum Magnificum Conservatorem Nobb. Syndicorum Congressus, ad cujus votum facta fuit monitio ex ordine ejusdem Magnifici Conservatoris Causidico, et Sollicitatori